

profectus principatus in iugna ab impatore accipiens p veteri consuetudine in eius verba iuravit. in qua solennitate albertus affuit. qui paulo post cum sigismundo viennam repetijt et ambo aduersus impatorem conspiratas austria sibi subigere conati sunt. quorum studia sentiens impator viennam petere statuit et accersito ludouico bavarie duce magni nominis principe eo se contulit impatrice sequente. appropinquante urbis populus obviam prexit. Albertus vero et sigismundus nobili comitatu extra urbem impatorem salutauere. habebat albertus tria circiter equitum milia in armis expedita que non longe a vienna in quodam tumulto impatori se ostendarunt magnamque metum venienti incussere. suspicionem auxit albertus qui sepe ad eos profectus et seorsum locutus insidias apparasse cesari videbatur. ferunt enim militie ducem alberto dixisse. facile si libet hodie vienne te dominum austria facio. nam quis prohibet quo minus fridericum impatorem eiusque comites intercipiatur. in nunc tamen. soluta deinceps hereditatis questio erit. victori leges atque boies fauet. Subdubitasse albertum aliquantisper. demumque respondisse poterat ignoscere si quod ais me ignorate fecisses at mandare turpia non possis. postquam introgressi urbem sunt albertus et sigismundus in domo que pragensis appellatur simul habitauere. impator priuatas ciuium edes incoluit. arx prouincialium nomine custodiebatur. Conspirauere sigismundus et albertus eam nocte aggredi et irrupe armataque militum manu ingressi iter iureiurando se obstrinxere non redituros domum nisi arce intrassent. Sensere ciues morumque arma sumentes presidium in arce maius collocauere. instabat ciuile bellum et atrox pugna pro arce nec dubium videbatur quoniam magno suo malo principes commissuri periculum essent. Stetit diu res in ancipiti. ciuibus tueri arce stabile propositum erat. ducebatur que arce intrare iurasset turpe videbatur. infecta re domum reuerti aruim inferre plenum periculi erat. Postremo conuentum est ut ingressi principes arce paululum immorati potato vino exiret atque ita delusa magis quam impleta religio est. Postridie arx consensu prouincialium in tres partes diuisa duas acciperet albertus et sigismundus reliqua impator. Delectique prouinciales sunt que lites fraternas dirimat et summa illi preterita data. sed graue iudicium non potest esse. Nobilitas et ecclesiarum principes impatori fauentiores sunt. plebei albertum preferunt magno se iudice quod quis tueri. Multa sunt in hoc cesare que laudare possis. corpus egregium et spiritus impatore digna. animus sedatus ac tranquillus. ingenium perspicax. memoria tenacior. religionis ardens zelus. ingenium cupiditas pacis et otium. Singulari virtute in quibus boie diligit dignaque premio ducit. edificat splendide. ortos tamen et gemas plus equo admirat et amat. et in rebus gerendis tardior ac remissior est. tenacem plerique accusauerunt et ad rem minus attentum. id fecere proximi antecessores sigismundus et albertus cesares. quorum prodigalitati cuiusuis operata liberalitas videri auaricia potest. Ceterum fridericus nec sua profundit nec aliena diripit. vobis factisue temperas Albertus frater eius longe dissimilis. celer in aggrediendis rebus belli et glorie appetens. periculi contemptor audax. laboris patiens. manu atque ingenio promptus. pecunias inter amicos partitur ac profundit. inter opes pauperum. in paupertate diues. nullius rei magis quam fame auarus.

De Moravia germanie prouincia

Procedenti per austria in adlonem morauum occurrunt gentes feroces et rapinarum audaces inter hungaros bohemosque transdanubium sita. Hanc prouinciam euo nostro sigismundus impator alberto genero suo. qui postea impauit dono dedit. Rebellante et impata facere recusante albertus magnis affecit cladibus. nam supra quingentas villas vna excursione percussit. mortales multos neci dedit. pecuniam omne pene abegit. iugumque ferre perfidam gentem coegit. In hac prouincia ciuitates et oppida romane ecclesie ritum tenent et catholice fidei consentiunt. Barones omnes ferme Hussitarum labe infecti sunt. Hic cum verbum dei predicaret Johannes capistranus et in errores Hussitarum vehementer ueheret baronis non parui nominis quem Czernaboram vocant secuta peruersio. qui relicta priore perfidia cum duobus milibus subditorum veritatem romane sedis amplexus est. Prothasius filius eius doctrina et moribus clarus non diu postea Olomucensis ecclesie pontificatum obtinuit. Ea vnicuique ciuitas morauorum episcopalis. Regnum aliquantum inter morauos fuit latissimum ac potentissimum. quod usque ad filium Svatocupi durauit. cuius fortunam in bohemica conscripsimus historia. At cum filius Svatocupi ecclesiarum dei spernere cepit regnum genti adeptum est. quod postea romani cesares in bohemia transferunt. In hac prouincia complura sunt oppida plena populo et opibus abundantia. inter que Brunna principatum obtinet. znomya sigismundi obitu memorabilis. hac nulli transitus patet nisi armato potentioribus. latronibus omnes additus obsidentibus. Sermo genti mixtus est theutonicus et bohemicus. superant tamen bohemi quorum est regionis imperium. que gentes olim morauam incoluerint non facile dixerim. quantum vero ex lectione ptolemei accipere licet martomani et sudini cadique morauam et austria que transdanubium iacet incoluisse videntur.

De Slesia germanie prouincia

Slesia post morauam sequitur baud ignobilis prouincia quam fluvius odera plabit inter omnes germanie nationes late cognitus. fontes eius hungarie montibus que Slesie ad orientem iungunt mare balthicum cursus terminat. Longitudo regionis circiter. lxxx. stadia. Caput gentis wratislavia est amplissima ciuitas ad ripas odere sita priuatis ac publicis edificijs magnifice ornata. cuius episcopatum maiores nostri aureum vocauerunt. Hussitarum bella luteum reddidere. In hac urbe regnante apud bohemos wenceslaus orta seditio consules. quorum prima preterita est per fenestras ex portico in forum precipitati. gladijs ac lanceis irate plebis excepti dirum spectaculum prebuerunt. cuius rei auctores sigismundus impator paucis post annis securi percussit. Duces Slesie multi numero inter quos paterna hereditas per capita diuiditur hinc scissa multas in partes prouincia frequentes calamitates incurrit. crebris exposita latrocinijs. Inter hos duces vnum esse ferunt nomine bulconem quem apoliensem appellant. Qui glogouie residens delitijs ac voluptatibus deditus usque adeo insanauit ut neque inferos neque suppos esse diceret. animasque cum corporibus suis presens interire putaret. Ecclesiarum vel nunquam vel raro ingressus est. Sacramentis christianis proorsus abstinuit nisi quod abusus inrimonio vxore que sibi ingrata esset relicta alteram supduxit. que ne peller appellari possit non nisi per solennia inrimonii coniungi voluit. Slesite sub impio bohemos constituti sunt. nunc tamen impata facere detractant. Georgium nouum regem admittere recusantes. wilhelmum saxonie ducem secuti. que regnum bohemie ad se pertinere affirmat propter iugum que latissimam hungarie atque bohemie regis soror fuit. Gladius eius litis arbiter erit. Sermo gentis maiori ex parte theutonicus. Quis transoderam polonica lingua proualet Ob quam rem non immerito quidam hoc in loco germanie terminum esse oderam putauerunt. Quis idem fluvius in septentrionem vergens germanicas partes ripis ambobus alluit.